Barbosa Vot. decis. lib. 3. Voto 22. per totum

44



Capitulum hispalense gaudet simultanea collatione, et provisione Canonicatuum, portionum et dimidiarum portionum etiam vacantium mensibus Papae reservatis, cum Archiepo Cardinali habente indultum providendi reservata. ita dicit. =

VRBANVS
PAPA
OCTAVVS.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Exponi nobis nuper fecerũt dilecti filij Decanus, ac Capitulũ, & Canonici Ecclesiæ Hispal. quod Gaspar Cardinalis Borgia nuncupatus, Ecclesiæ Hispaleñ. ex concessione, & dispẽsatione Apostolica, pręsul, simultaneam collationem, sive provisionẽ Canonicatuũ, portionum, & dimidiarum portionum dispositioni Sedis Apostolicæ reservatorũ, & præsertim in mẽsibus reservatis pro tempore vacãtium, eisdem Decano, & Capitulo, & Canonicis prætextu Regulæ Chancellariæ nostræ, de anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto ad favorem sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalium publicatæ, auferre, prætendit, etiamsi pręfata Regula ipsius Cardinalis prætẽsioni nullo modo suffragetur, nec suffragari possit, cũ ipse Cardinalis, nullum ab ipsa Sede Appostolica confe-

ferendi beneficia Ecclesiastica reservata indultum sibi concedi obtinuerit, & licet illud obtinuisset, tamen regula predicta, Ecclesiam Hispaleñ. præfatã, nullo modo comprçhenderet, quç simultaneam collationẽ, sive provisionem non prætẽdit in vim participationis indultorũ conferẽdi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus concedi solitorum, aut ex sola asistentia iuris communis, sed simultanea collatione, sive provisione, huiusmodi, cum suis Archiepiscopis, etiam Cardinalibus, etiam indultũ huiusmodi habentibus, gavisa est, nedum de iure communi, sed etiã vigore statuti in ipsius Ecclesiæ fundatione editi, & ab hac sancta Sede confirmati, & per omnes Archiepiscopos Hispaleñ. ac ipsummet Gasparẽ Cardinalẽ in actu adeptionis possessionis ipsius Ecclesiæ Hispaleñ. iurati, & per centum annos, & ultra observati, imo in quodam contradictorio Pontificatus fœlicis recordationis Gregorij Papæ decimi quarti prædecessoris nostri tempore canonizati. Quare Decanus, ac Capitulũ, & Canonici prædicti, nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in prçmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem Decanum, ac Capitulum, & Canonicos specialibus favoribus, & gratijs prosequi volẽtes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis â iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existũt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore cẽsentes,

huius-

huiuſmodi ſupplicationibus inclinati tenore præſentium declaramus regulam noſtram prædictam Capitulum Eccleſiæ Hiſpaleñ. huiuſmodi non cõprehendere nec iuribus ſuis derogaſſe, nec derogare, etiam ſi dictus Gaſpar haberet indultum conferendi reſervata, cum ſtatuto in fundatione Eccleſiæ huiuſmodi edito per regulam noſtram prædictam nullo modo cenſeri debeat derogatũ. Decernẽtes pręſentes litteras, & in eis cõtenta quæcumque valida, firma, & efficatia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicq; per quoſcũq; iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum, palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interprętandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & innane ſi ſecus ſuper his, à quoquã, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attẽtari. In contrarium facientibus, non obſtãtibus quibuſcũque, ac etiam prętenſis indulto quocunque, & facultate quacũque reſervata, & in menſibus alias reſervatis vacantia conferendi, quorum tenores pręſentibus pro expræſsis haberi volumus, plenius continetur. Datum Romę, apud ſanctam Mariam Maiorẽ, ſub ãnulo Piſcatoris, die quarta Iulij, mileſimo ſexcenſimo trigeſimo quinto, Põtificatus noſtri anno duodecimo. Marcus Aurelius Maraldus. Loco ✠ annuli Piſcatoris.

huiusmodi supplicationibus inclinati tenore praesentium declaramus regulam nostram praedictam Capitulum Ecclesiae Hispalen. huiusmodi non cõprehendere nec iuribus suis derogasse, nec derogare, etiam si dictus Gaspar haberet indultum conferendi reservata, cum statuto, & fundatione Ecclesiae huiusmodi edito per regulam nostram praedictam nullo modo censeri debeat derogatũ. Decernẽtes praesentes litteras, & in eis cõtenta quaecumque valida, firma, & efficatia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicq; per quoscũq; iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his, à quoquã, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attétari. In contrariũ facientibus, non obstantibus quibuscũque, ac etiam praetensis indulto, quocunque, & facultate quacũque reservata, & in mensibus aliis reservatis vacantia conferendi, quorum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Datum Romae, apud sanctam Mariam Maiorẽ, sub ãnulo Piscatoris, die quarta Iulij, millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, Põtificatus nostri anno duodecimo. Marcus Aurelius Maraldus. Loco ✠ annuli Piscatoris.